



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Pacis Westphalicæ Publica**

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

**Meiern, Johann Gottfried von**

**Hannover, 1735**

**VD18 90566467**

§.III. Anmerckungen über das Kayserliche Instrumentum Pacis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52129)

1647.  
Junius.

In quorum omnium & singulorum fidem majusque robur tam Cæsarei, quam Regii ut & Electorum, Principum ac Statuum Imperii Plenipotentiarii præfens Pacis Instrumentum manibus sigillisque propriis munerunt & firmarunt. Osnabr. Westph. Mens. Anno 1647.

1647.  
Junius.

## §. III.

Ponderatio  
Instrumenti  
Cæsarei.

Zu gleicher Zeit aber, als das neue vollständige Project des Kaiserlichen Instrumenti Pacis, zum Vorschein kam; so wurde auch auf dem Congress, die sub N. I. hier befindliche Ponderation Instrumenti Pacis Cæsarei distribuiret, welche lediglich ad complendum Acta, gegenwärtig beygefügt wird, ohne den Inhalt derselben, welcher nicht ohne Affecten verfasst worden seyn mag, zu billigen.

## N. I.

Instrumenti Pacis, à DD. Plenipotentiariis Cæsareis, Statibus S. Romani Imperii Mensè Junio exhibiti ponderatio, Theophili Generosi Genuini Germani. 1647.

EDITUM est Anno superiore 1646. Judicium Theologicum, sub nomine Ernesti de Eusebii; quod cum summis infimisque à Catholicis, non solum Monasterii Westphaliæ in unum collectis DD. Legatis, sed omnibus passim Universitatibus, imprimisque Curie Romane mirifice probari viderem; quod & multiplex ejus recusio exiguo tempore facta testatum fecit, & publica congratulatio, quod darentur in Ecclesia cordati Viri, qui remoto omni furo liberè veritatem pronuntiarent; quantumvis hujus temporis Politici, qui quocunque modo Pacem impetrandam censerent, illud, velut intempestivum, rejicerent: Insuper cum aliunde accepissem, idem Judicium ante aliquot Annos, antequam ederetur, plurimas jam tum habuisse approbationes omni exceptione majores: Denique cum illud ex Principis & Sententis in Ecclesia & Theologia Orthodoxa receptum, SS. Patrum, Summorumque Pontificum sensu & Exemplis constare cernebam; non potui diutius Calamum abstinere, quin Projectum Instrumenti Pacis, quod Judicio huic, & dictis Principis in plerisque adversatur, non nihil penitus considerarem, donec Auctor Judicii Theologici uberiores forsàn paret Censuram.

Percurramus singulos PROJECTI Articulos.

## ARTICULUS I.

*Pax sit Christiana, Universalis, Perpetua &c.* Christiana esse non potest, quia contra Christi Doctrinam Hæresin veræ Fidei exæquat, prædicare Evangelium omni Creaturæ vetat, Episcopos pascere oves Christi impedit, Christi Vicarium suo munere privat. Collige ex Judicii Theol. Sect. 4. Rat. 2. & Rat. 3. Plures etiam injustitias contra Deum, Ecclesiam & Proximum admittit.

Universalem esse quis crederet? cum multi comprehendantur in hoc Instrumento, qui hac Pacificatione taliter comprehendi aut ligari nec possunt, nec volunt: Exempla sunt Superiorum, Inferiorum ac Mediorum, item Utriusque Religionis Principum ac Statuum, ex sequentibus colligenda. Perpetuam iniri non posse cum A catholicis, probat Judicium Theol. Sect. 4. Rat. 1. §. 1. & Rat. 6. Effugia præcludemus infra.

ARTI-



1647.  
Junius.Erste Confe-  
renz zwischen  
den Schwed-  
en und Fran-  
kosen zu  
Münster.

Es giengen daher, bis auf den 11. Jun. mehr nicht, als nur zwey hauptsächliche Conferentien vor, die erste zwischen den Schwedischen und Französischen; die andere zwischen den Käyserlichen und Schwedischen Plenipotentiarien; da dann zwar bey jener materialiter von etlichen gemeinen Haupt-Puncten, als vornemlich causam Palatinam, Badensem & (ratione Heydenheim) Würtembergsem, wie auch Satisfactionem Hasso-Casselanam betreffend, Unterredung gepflogen, zuorderst aber ihres theils formaliter abgeredet und verglichen worden, daß die von den Käyserlichen denen Franzosen ausgehändigte zwey verschiedene Instrumenta Pacis cum Gallis, zu Verhütung künftiger Irrungen und Mißverständs, in eine gleichlautende Conformität eingerichtet, und dabey demjenigen, darinnen der beyden Herren Mediatorum gedacht, und also die Religions- und andere dergleichen Puncten, mit welchen sie nichts zu thun haben wollen, ausgelassen worden, durch eingeruckte general-Clausul aller übrigen in dem andern Instrumento mehrers begriffenen Puncten, relativè erwehnet werden solle. Bey der andern, zwischen den Käyserlichen und Schwedischen Gesandten vorgegangenen Conferenz aber, erklärten sich jene dergestalt gut und zuverlässig, daß nunmehr Hoffnung war, es würden die hauptsächliche Conferentien und Handlungen ihren rechten Fortgang ohne fernerweiten Verzug bekommen.

Von der  
Oesterreichi-  
schen Assistenz  
vor Spanien.

Die Particular-Differentien zwischen den Käyserlichen und Französischen bestunden zuorderst auf des Herzogen von Lothringen Restitutions-Sache, (als welche man Käyserlichen theils nicht so gar aussetzen, und dahinden lassen wolte) und dann auf des Hauß Oester-

Catholici  
wollen zu  
Münster über  
die zu Osnä-

So viel aber die Disposition der Reichs-Stände gegen einander selbst, anlangete; da suchten Evangelici Status, über dasjenige, was zwischen den Käyser-

§. IV.

reichs Assistenz gegen die Cron Spanien: wiewohl die Franzosen dieses letztern Punctes halber sich endlich dahin erklärten, daß dem Hause Oesterreich, auf dem Fall, da die Cron Spanien von Frankreich attackiret werden sollte, keineswegs aber, wann der Anfang der Ruptur und Hostilitäten von Seiten Spanien geschehen würde, der Crone Spanien zu assistiren erlaubt und zugelassen seyn sollte.

Zwischen den Käyserlichen und Schwedischen verurtheilt über und auffer obbemeldten vier gemeinen Puncten, noch nachfolgende Discrepantien; 1) das Exercitium Publicum Augustanae Confessionis in den Erb-Ländern, 2) das Justiz-Wesen, und sonderlich den modum Presentandi in Camera, als derentwegen man sich bis dato nicht allerdings hatte vergleichen können. 3) Die Gräffliche Hsenburgische, wie auch die Nassau-Saarbrückische Restitutions-Sache, beydes wider den Landgrafen Georgen zu Hessen-Darmstadt. 4) Des Herzogen zu Mecklenburg, und 5) des Erzbischoffens zu Bremen Aequivalenz, so dann 6) die Satisfactionem Militie betreffend; dabenebenst dann auch, dem Verlaut nach, die Cron Schweden ferners nicht bedacht seyn sollte, dem Bischoffen Franz Wilhelmen zu Osnabrück, von denen ihres theils in solchem Stiffte innhabenden und weiters einnehmenden Pläzen etwas zu restituiren (gestalten der General Rdnigsmarck die Beste Wiedenbrück würcklich belagerte) sondern in dessen Lebzeiten alles in eigenen Händen für Herrn Gustav Sohn zu behalten, und erst nach desselben Absterben der Alternativæ, zwischen dem Haufe Braunschweig-Lüneburg, und den Catholicis den Anfang machen zu lassen.

§. V.

lichen, Schweden und Evangelicis, bis-  
hero zu Osnabrück behandelt worden war,  
von neuem zu deliberiren, in Meynung, sich  
wegen eines und andern, ihnen noch zu hart  
schei-

1647.  
Junius.Puncta Con-  
troveria pro-  
feren den Kap-  
ferlichen und  
Schweden.brück behan-  
delte Puncten  
von neuem  
tractiren.



1647.  
Junius.

In quorum omnium & singulorum fidem majusque robur tam Cæsarei, quam Regii ut & Electorum, Principum ac Statuum Imperii Plenipotentiarii præfens Pacis Instrumentum manibus sigillisque propriis munerunt & firmarunt. Osnabr. Westph. Mens. Anno 1647.

1647.  
Junius.

## §. III.

Ponderatio  
Instrumenti  
Cæsarei.

Zu gleicher Zeit aber, als das neue vollständige Project des Kayserslichen Instrumenti Pacis, zum Vorschein kam; so wurde auch auf dem Congress, die sub N. I. hier befindliche Ponderation Instrumenti Pacis Cæsarei distribuiret, welche lediglich ad complendum Acta, gegenwärtig beygefügt wird, ohne den Inhalt derselben, welcher nicht ohne Affecten verfasst worden seyn mag, zu billigen.

## N. I.

Instrumenti Pacis, à DD. Plenipotentiariis Cæsareis, Statibus S. Romani Imperii Mensè Junio exhibiti ponderatio, Theophili Generosi Genuini Germani. 1647.

EDITUM est Anno superiore 1646. Judicium Theologicum, sub nomine Ernesti de Eusebii; quod cum summis infimisque à Catholicis, non solum Monasterii Westphaliæ in unum collectis DD. Legatis, sed omnibus passim Universitatibus, imprimisque Curie Romane mirifice probari viderem; quod & multiplex ejus recusio exiguo tempore facta testatum fecit, & publica congratulatio, quod darentur in Ecclesia cordati Viri, qui remoto omni furo liberè veritatem pronuntiarent; quantumvis hujus temporis Politici, qui quocunque modo Pacem impetrandam censerent, illud, velut intempestivum, rejicerent: Insuper cum aliunde accepissem, idem Judicium ante aliquot Annos, antequam ederetur, plurimas jam tum habuisse approbationes omni exceptione majores: Denique cum illud ex Principis & Sententis in Ecclesia & Theologia Orthodoxa receptum, SS. Patrum, Summorumque Pontificum sensu & Exemplis constare cernebam; non potui diutius Calamum abstinere, quin Projectum Instrumenti Pacis, quod Judicio huic, & dictis Principis in plerisque adversatur, non nihil penitus considerarem, donec Auctor Judicii Theologici uberiores forsàn paret Censuram.

Percurramus singulos PROJECTI Articulos.

## ARTICULUS I.

*Pax sit Christiana, Universalis, Perpetua &c.* Christiana esse non potest, quia contra Christi Doctrinam Hæresin veræ Fidei exæquat, prædicare Evangelium omni Creaturæ vetat, Episcopos pascere oves Christi impedit, Christi Vicarium suo munere privat. Collige ex Judicii Theol. Sect. 4. Rat. 2. & Rat. 3. Plures etiam injustitias contra Deum, Ecclesiam & Proximum admittit.

Universalem esse quis crederet? cum multi comprehendantur in hoc Instrumento, qui hac Pacificatione taliter comprehendi aut ligari nec possunt, nec volunt: Exempla sunt Superiorum, Inferiorum ac Mediorum, item Utriusque Religionis Principum ac Statuum, ex sequentibus colligenda. Perpetuam iniri non posse cum A catholicis, probat Judicium Theol. Sect. 4. Rat. 1. §. 1. & Rat. 6. Effugia præcludemus infra.

ARTI-



1647.  
Junius.

## ARTICULUS II.

1647.  
Junius.

*Sit utrinque perpetua oblivio, &c.* Hæc Amnistia ad sopiendas exitialis & funestissimi Belli calamitates laudabilis & veteribus usitata est, dummodo intra limites notionis suæ consistat, nec ad ea, quibus cum præsentis Bello nil commune est, extendatur. Eam latius explicat Judicium Theol. Sect. 1. §. 4.

## ARTICULUS III.

*Juxta hoc universalis & illimitata Amnistia fundamentum, &c.*

I. Sæpius quidem statuuntur Regulae Universales, & illimitatae nomine tenus, quæ tamen, ubi de Catholica Religionis emolumento agitur, mox limitantur. Hæc mox limitabitur, dum Electori Bavaricæ & Lineæ Guilielmianæ in perpetuum confirmatur cum Superiore Palatinatu Electoralis dignitatis Prærogativa; ad quæ, ante destitutionem Domini Parentis, competeat Domino Carolo Ludovico Palatino Rheni Jus successione. Non est ergo Regula illimitata; quod & infra amplius patebit.

II. Quod decernitur *Restitutio in Sacris quam Profanis*; hanc potestatem Cæsaris & Statuum nullam esse, & incompetentem, demonstrat Judicium Theol. Sect. 4. Rat. 4.

III. Parenthesis de Immediatâ Imperii Nobilitate, sæpius in Instrumento inducta, planè nova est & in aliis retrò Reversibus Imperii inusitata.

IV. Etsi per hanc Regulam tantum restituendi veniant ii, quibus occasione motuum Germanicæ Bohemicæ, aut Fœderum cum Suecia & Gallia aliquid damni illatum est; tamen in sequenti Article nominantur quidam restituendi ad ea, quæ non occasione Belli aut Fœderum dictorum, sed aliis Titulis ipsis adempta sunt; ut constat de Monasteriis Kitzingen, Wirtembergicis, Heidenhemensibus; Præfessionibus Marchionis Badensis, Comitum Oetingensium, Isenburgicum, Hachenburgicorum, &c.

§. *Quod si restituendorum Bonorum & jurium Possessores Exceptionibus se justis munitos existimaverint, &c.* Iniquum est, eos, qui justas Exceptiones habent, Possessione ejusque commodis spoliari, eorum conditionem, quæ jure melior foret, deteriore reddi, illosque sumptibus ad Petitorium prosequendum necessariis, & Processibus in æternum duraturis gravari, imò eludi.

Adde hanc Reservationem esse frustratoriam; infra enim Article I. de Gravaminibus, *Omnes Contradictiones & Protestationes* (quæ utique ex justis Exceptionibus vel maxime orirentur) *inanes & nihili declarantur.*

## ARTICULUS IV.

*Ut autem specialius constet, quid Universis, quid singulis tum ante Bellum competierit, &c.* Præter ea, quæ statuuntur pro Dignitate Electorali in Domino Bavarica stabilienda, & Religione Catholica in Palatinatu Inferiori facta recta servanda; reliqua magnam partem vergunt in Præjudicium & gravamen Religionis Catholicæ, dum Protestantibus perpetuæ huius Pacis vigore traduntur multa Monasteria, Prælaturæ ac Dominia, Catholicis antehac legitime restituta.

§. *Controversia, que vertitur inter Episcopos, &c.* Merito quidem Controversia



1647. troversa hæc juris Processui, aut amicabili compositioni subjecta manet; sed non est ratio, cur aliis imbecillioribus jura eorum, non minora, auferantur invitis & contradicentibus. Ibidem: *Ad hæc omnia jura Presbyteralia, &c.* Jura hæc ad Comitem modernum de Schwartzenberg pertinentia sunt, nec possunt ad Amnistie Regulam taliter ullâ ratione trahi, vel includi.

§. *Domus Wirtembergica restituatur in Dynastias, Blaubeuren, &c.* Modernus Dux Wirtembergicus post biennem Tractatum, per solemnissimas Reverfales in Verbo Principis promissit, Ditiones, Monasteria & Bona hoc §. enumerata modernis Possessoribus relinquere: Nec poterit impostertum Paciscentium quisquam esse securus, si tam facili negotio à Pactis tam solemnibus resiliatur. Quod si vim & metum alleget Princeps, qui consensit in restitutionem respectivè & cessionem dictorum Bonorum; quid ni possint eum allegare Destituendi, qui in suam destitutionem revera non censentent?

§. *Ditio tamen Haidenheim penes Electorem Bavarie remaneat, &c.* Mirum verò est, Electori Bavarie relinqui Ditionem Haidenheim, donec Dux eidem restituat summam oppignorationis, videlicet 500000. Floren. & absque scrupulo illi adjudicari tot illustria Monasteria, ad Imperium certo vel probabili jure spectantia, super quibus ejus Majores transegere, quibusque ipse, cum in gratiam reciperetur, datis Reverfalibus renunciavit. Quæ enim est necessitas restituendi Domui Wirtembergicæ potius hæc Monasteria & Dominia Ecclesiastica contra Pacem Religionis occupata; quam, in gratiam Electoris Bavari, ejusdem Ditionis, quæ jure hæreditario ad dictam Domum pertinet, restitutionem suspendere, & tantâ pecuniæ summa gravare? Apertum est, necessitatem in prodigendo Christi Patrimonio per hos Tractatus ubique ferè pro libitu fingi, & longè alia esse Idola, quibus litatur.

Suprà, in Palatinatu excipiuntur Monasteria Herdt, &c. Cùm tamen plura sint Monasteria in Palatinatu, iisdem, si non potioribus, Titulis restituta suis Ordinibus & Ordinariis, ut Limburg, Spanheim, Heilsbruck, &c. nec ratio est, cur ibi de his potius fileatur quam de illis. Sed per totum hoc Projectum similia apparent, tam in Ecclesiasticis quam Profanis.

§. *Et quomodo Fridericus Marchio Badensis, &c.* Peccatur & hic contra Transactionem solemnem, & Sententiam Cæsaream.

Ibidem, & supra; *Salvis Domui Austriacæ juribus, &c.* Adverto hic Actiones merè Seculares diversis Statibus & Interessatis, præcipuè potentioribus reservari passim in Instrumento, ut 1. Hæredibus Allodialibus Electoris Bavarie ratione meliorationum, vel aliis ex causis, in casu extinctæ Lineæ Guilielmianæ contra Palatinos superstites. 2. Domui Austriacæ & Wirtembergicæ in Dynastias Blaubeuren, &c. 3. Eidem Domui Austriacæ in Ditiones, Röttelein, Badenweiler, &c. hic. 4. Comitibus Nassau-Sarepontanis & Ducibus Lotharingia. 5. Augustanæ Confessionis subditis in Bohemia. 6. Interessatis ratione Successionis Juliæensis. 7. Civitati Erfordienfiratione prætensæ Immediatis. Mirari autem fati non possum, quod illis, quibus pinguius quidem Jus, sed non pinguior est fortuna, omnia adeo juris beneficia prædicantur.

§. *Dux de Croy, &c.* In sequentibus Paragraphis examinandis tædiosum nimis est tempus terere: Plura autem in iis itatuuntur, quæ Justitiæ &



1647. & æquitate salvâ admitti nequeunt; plura sub Amnistia legem violenter de- 1647.  
Junius. torquentur; quædam adducuntur impertinenter; &, ut verbo dicam, non Junius.  
sunt hæc mutationes Pacis fundamentum, sed perpetuæ diffidentia, adeoque novi Belli seminarium.

In §. *Contractus, &c.* Exempla inducuntur, quæ cum in facto consistunt, cognitione causæ opus habent, ne quis falso queratur, Contractus, Permutationes, Transactiones, aliaque, *vi metuque illicitè extorta esse.*

§. *Debitorum, sive Emptionis, &c.* Hic Paragraphus, prout jacet, plurimos injustè lædere potest, ut apparet exempli gratia in Causa Crediti triginta duorum millium Florenorum Rhenensium Monasterii Schönthal contra Hallam Suevorum. Et quis non videt, occasionem præberi Debitoribus, ut vel nunc, vel post initam Pacem asserant, extortam sibi esse Debitorum summam, eoque nomine certis Pactis Quietantiam à Belli Officialibus impertrare possint?

Ibidem. *Sententia tempore Belli de rebus merè Sæcularibus pronunciata, &c.* Quod supra de reservatione jurium quorundam, hoc de validitate nonnullarum sententiarum hic observo; nimirum, cassari universaliter Sententias, Transactiones juratas, & Litispententias ratione Bonorum Ecclesiasticorum; at vero easdem quoad Bona merè Sæcularia passim in vigore suo consistere: ut in hoc Paragrapho. *Nisi Processus vitium & defectus manifestè pateat, vel in continenti demonstrari possit, &c.* & alibi: ut adeo Ecclesiastica nunquam non postponantur Sæcularibus.

§. *Tandem omnes & singuli, tam Belli Officiales, &c.* De Officialibus, Militibus, Consiliariis, Ministris, Civilibus & Ecclesiasticis, decernitur; *si eorum Bona, antequam in Coronæ Sueviæ Galliæve partes transierunt, confiscatione aut alio modo amissa fuere, porro quoque amissa sunt, ac modernis Possessoribus permanento.* Ubi ponderandum est, sicuti his verbis cavetur Bonis quorundam in Ditionibus Austriacis, ne restituere cogantur ejusmodi Bona, quæ Cæsaris donatione Anno 1624. jam possidebant; sic multò magis Episcopatus Mindensis & Osnabrugensi, qui eodem Anno 1624. erant in manibus Catholicorum, caveri potuisse ac debuisse, cum à multis sæculis Cæsarium aliorumque fidelium donatione & dotatione ad Ecclesiam Dei pertineant. Imò legitimus Episcopus & Possessor Mindensis Episcopatus, nullo existente legitimo Contradictore, pellitur, & alteri, qui nullum Jus unquam in eum præten- dit, conceditur Episcopatus: cum tamen D. Augustus Saxonie Dux (& quidem longè diverso tempore, minorique jure Possessor) in Magdeburgensi Archi-Episcopatu manuteneatur ad dies vitæ.

#### ARTICULUS V.

Subdividitur hic Articulus in alios viginti: Et tum iste, tum sequentes Articuli usque ad finem PROJECTI, multa gravissima Religionis Gravamina continent. Quare si hæc PAX ita procedat, Protestantes quidem præ- tensis Gravaminibus liberi erunt; Catholici contra veris Gravaminibus in perpetuum oppressi tandem penitus extinguentur.

ARTICULUS I. *Transactio Passavii inita, & PAX Religionis, in omni- bus suis Capitulis rata habeatur, &c.* Illusorie decernitur sancta & inviolabilis Pacis Religionis observatio; neque est hæc Declaratio, sed illius quoad substantiam everfio; quæ in eo sita erat, ut Protestantes Bonis Ecclesiasti-  
Dierdter Theil. §fff cis



1647.  
Junius.

1647.  
Junius.

1647. cis Mediatas ante Tractatum Passaviensem occupatis contenti, si quæ Immediatè ad Imperium spectantia occupassent, restituerent, & deinceps ab omni invasione Bonorum & jurium Ecclesiasticorum abstererent; si quæ verò ulterius raperent, ea Catholicis viâ Juris, Cæsarisque & Statuum auxilio repetere liceret. Quæ eadem ratione Protestantibus de Bonis Ecclesiasticis ante Tractatum Passaviensem occupatis cautum erat, ne videlicet illorum Possessionem Catholici turbarent.

Hic advertite, hanc positionem seu Legem de observandis inviolabiliter Tractatu Passaviensi & Pace Religionis nunquam fuisse controversam, sed, velut Pacis inter utriusque Religionis Status fundamentum, à Catholicis ita religiose observatum esse, ut ne Pagum quidem ante Tractatum Passaviensem occupatum, qui ad Bona Ecclesiastica Mediatata pertineret, occuparint: Protestantes contra ab eo tempore, & post Pacem Religionis, viginti ferè Episcopatus, aliasque Prælaturas Immediatas, Monasteria verò Mediatata absque numero Catholicis eripuerunt. Quæ partim via Juris, partim, hæc nihil proficiente (cum Causæ æquitas juxta Pacis Religionis tenorem esset notoria) Cæsareis armis fuere legitimis Dominis restituta aut restituenda, quædam etiam pluribus Annis possessa. Hunc Pacis Religionis (quantumvis alias iniquæ) nervum, quo Ecclesiastici in Imperio se unice sustinebant, PAX nova uno ictu incidit, dum in sequentibus, omnia post Tractatum Passaviensem occupata, & partim à Catholicis recuperata (nullo alio quàm spoli commisso Titulo) Protestantibus reddenda ac in perpetuum relinquenda decernit. Ut adeo omne præsidium, quod in Pace Religionis Catholici habebant repositum, in perpetuum sit ereptum; Protestantibus verò apertum sit ostium alia quoque invadendi, & cum id fecerint, extorquendi novæ itidem Pacis extensionem ad nova spolia retinenda; in cæteris scilicet eadem Pace sanctè & religiose observanda. Hæc Fabula luditur ô boni Catholici!

Ibidem. *Donec de Religione convenerit, &c.* De hac Clausula inferius plura.

Ibidem. *Non attentâ cujusvis seu Ecclesiastici seu Politici interpositâ contradictione, &c.* Inanis & nihili est hæc Declaratio: justa enim Exceptio, justam & validam includit aut parit contradictionem & Protestationem. Si ergo justis Exceptionibus Articulo IV. reservatur saltem Petitorium; igitur non recte, nec consequenter hic universim omnes contradictiones & Protestationes inanes & nihili declarantur. Deinde non minus justa Protestatio nititur Jure Naturali, imò etiam Divino in Causâ Religionis, quam justa Exceptio; Neutri igitur valorem suum detrahare possunt Cæsar & Imperii Status. Denique in omni transactione & obligatione, salvum manet Jus legitimi Superioris (quantumvis Transfigentes aut Paciscentes illi derogatum velint.) Ergo etiam in hac Pacificatione salvum manet Jus Summi Pontificis, quem Catholici Summum Ecclesiæ Caput agnoscunt; item Episcoporum, aliorumque Ecclesiasticorum (qui partim Jure Diocesano sunt Paciscentium Superiores: omnes vero, in quantum Ecclesiastici, à temporali potestate exempti) adeoque Jus suum, & Ecclesiæ, optimo quo possunt modo, saltem protestando valide conservant.

Ibidem. *In reliquis omnibus autem inter utriusque Religionis Status omnes & singulos sit Æqualitas exacta, mutuaque &c.* Ludificatoria est hæc in reliquis omnibus exactæ Æqualitatis promissio: tum quia hæc ipsa in sequentibus sæpius violatur in gravamen Catholicorum, ut patebit; tum quia, postquam tot Episcoporum & Dominiorum Ecclesiasticorum accessione ad alias Di-

tio-



1647. tiones suas, & plerasque Civitates Imperiales, Protestantes in perpetuum ac- 1647.  
 Junius, quirunt duas ferè Imperii Germanici partes; maxima utique est inæquali-  
 tas inter illos & Catholicos, quibus tertia solum pars relinquitur; & quid-  
 quid præterea detrahitur, non ad æqualitatem, sed majorem pertinet inæ-  
 qualitatem. Cujus hæc sunt præcipue capita: 1. Protestantes, uti dictum,  
 obrinent duas ferè tertias Imperii Germanici partes, Catholicos unam: qui-  
 bus si potius æquales quam superiores esse vellent, alteram tertiam cum illis  
 dividere deberent. 2. Ecclesiæ & Ecclesiasticis auferuntur Bona Ecclesiasti-  
 ca legitime recuperata & possessa, redduntur autem Protestantibus non alio  
 Titulo quam quia fuerunt spoliatores. 3. Protestantibus in perpetuum  
 conceditur Jus & actio ad retinenda in perpetuum Religionis & Ecclesiæ Ca-  
 tholicæ spolia, quæ nullo illis Jure debentur: Catholicis contra negatur & in  
 perpetuum auferitur Jus possidendi, agendi, protestandi, quod omni Jure ha-  
 bent, & in perpetuum habebunt. 4. Terminus à quo Restitutionis præfi-  
 gitur. 1. Januarii 1624. quo Catholicos paucula Bona Ecclesiastica recuperã-  
 rant, Protestantes autem obtinebant pleraque; eoque ipso gravissime viola-  
 tur promissa *exacta Æqualitas*. Quæ si cordi esset, retinendus erat Termi-  
 nus in Pace Pragensi præfixus, videlicet 1. Novembris 1627. vel alius eli-  
 gendus, non solis Catholicis iniquus. 5. Ab hoc ipso Terminò 1. Januarii  
 1624. in Gravamen Catholicorum, & favorem Protestantium sæpius libere  
 receditur, ut patebit. 6. Denique contra tenorem Pacis Religionis quaesitis  
 & præteritis Gravaminibus universim (nisi id Gravamen etiam est, quod  
 ulli Catholicos superiunt) Protestantes liberantur: Catholicos contra (eadem  
 Pace, quoad restitutionem Bonorum Ecclesiasticorum sibi postea ereptorum,  
 abrogatâ) veris multiplicibusque Gravaminibus oppressi, spem li-  
 berationis in perpetuum deponere jubentur, ut initio hujus Articuli dictum  
 est. Hæc scilicet est exacta illa, non Æqualitas, sed inæqualitas, tam specio-  
 sè promissa.

ARTICULUS II. *Terminus à quo restitutionis in Ecclesiasticis, & que in-  
 intuitu eorum in Politicis, &c.* Jam diximus hunc Terminum non observa-  
 ri undiquaque; Exemplo sunt dicti Episcopatus Osnabrugensis & Mindensis.  
 En & alia specimina.

Ibidem §. *Civitas Augusta Vindelicorum, Dünckelspila, &c.* Dignitatum  
 Senatoriarum, aliorumque munerum publicorum, Augustæ præsertim,  
 æqualitas & par numerus non erat 1. Januarii 1624. neque antehac, post re-  
 stitutam in ea Urbe à Carolo V. Catholicam Religionem, unquam ibi fuit:  
 Quæ ergo causa est recedendi à Regula generali, nisi immodicus favor Pro-  
 testantium?

Ibidem §. *Quod ad Civitatem Donawerdam attinet, &c.* Alter hic reces-  
 sus esse potest à Regula generali in favorem Protestantium, si non præcavea-  
 tur; Libertas enim, in quam restitui hæc Civitas sperat, est de Politicis so-  
 lum intelligenda, cum ibidem Anno 1624. 1. Jan. viguerit Catholica tantum  
 Religio.

Ibidem §. *Terminus autem Anni 1624. nullum præjudicium creare, &c.*  
 Igitur nec hic in considerationem venit Annus 24. quo minus ex capite  
 Amnistie restituatur quis in ea, quæ non possedit Anno isto.

ARTICULUS III. *Bona Ecclesiastica Immediata, &c. seu Catholici, seu Au-  
 gustanæ Confessionis Status 1. Jan. 1624. ea possederint, IN PERPETUUM tran-  
 quille & imperturbatè eidem possideant, &c.* Iniquitatem Termini à quo ex-  
 plicavimus; Adversus quem cum decernunt, *neutri Parti libere alteri, seu in*  
 Dierdter Theil. §fff 2 judi-



1647. *judicio, seu extra, negotium facessere, &c.* est usurpatione Potestatis non competens respectu Jurium & Bonorum Ecclesiasticorum, uti demonstrat JUDICIUM THEOLOGICUM Sect. 4. Rat. 4. Perpetuitati immorabimur aliquantulum; neque enim hæc alia est, quam *quocunque modo absoluta & inconditionata*, qualis Protestantibus promittitur in Pace Religionis; & illicita ostenditur in dicto JUDICIO eadem Sect. 4. Rat. 1. §. 1. per totum. Cum enim hæc eadem Pax. Art. 1. *in omnibus Capitulis*, quæ hîc non aliter declarantur nec immutantur, amplissimè confirmetur; clarum est, *absolutam & inconditionatam perpetuitatem* Pacis veteris confirmari, & ad noxam extendi. Sed diluamus Effugia Patronorum hujus Perpetuitatis.

**EFFUGIUM PRIMUM.** Omnes Ditiones Ecclesiasticas, de quibus agitur, fuisse antehac in manibus Protestantium, & paucissimos e subditis ad Orthodoxam Religionem transiisse; nihil itaque decedere Catholicis, si Protestantibus restituantur aut relinquuntur in perpetuum.

**RESPONDETUR 1)** Dictas Ditiones à multis Sæculis, Titulo primævæ Foundationis, fuisse penes Catholicos, priusquam iisdem, excitato Religionis dissidio a Protestantibus fuere ablata. Non a tempore justæ restitutionis, sed injustæ destitutionis mensurandum est damnum Religionis Catholicæ in Germania, cujus refarciendi spem in perpetuum hæc Pax præseindit. 2) Exercitium Catholicum multis locis introductum, hac novâ Pace aboleri; subditos jam conversos, etsi paucos, in præsens perversionis periculum conjici; reliquis Conversionem in perpetuum intercludi, tamen vel nunc dispositis & ad Fidem amplectendam paratis, si de Principibus ac Prælatibus Catholicis essent securi; adeoque etiam nunc Religioni Catholicæ plurimum decedere. 3) Ipsum Jus, quod Ecclesia Catholica tot sæculis in tot Ditiones ac Populos obtinuit, quoque stante, in eas Germaniæ partes aliquando reduci poterat, maximi esse momenti; adeoque dum illud in perpetuum (quantum est in conatu Pacifcentium) aboletur, plurimum Religionis & Ecclesiæ Orthodoxæ derogari, &c.

**EFFUGIUM SECUNDUM.** Ex duobus malis minus eligendum; minus autem malum esse, si hæc omnia Hæreticis Pacis causâ, etiam in perpetuum concedantur, quam si, quæ Catholicis reliqua sunt, & ipsa Protestantibus in spoliis cedant, ac Religio Catholica funditus in Germania intereat; quod futurum est, si immoderatis Ecclesiasticorum Postulatis, aliisque obsequamur, qui infelicis hujus Belli & tot Calamitatum fuere Authores.

**RESPONDETUR I.** Neque universi Mundi lucrum licitum esse, si peccato quæri debeat. Ex duobus malis minus eligendum est, si, quod minus apparet, sine peccato fieri queat. Cum peccatum intervenit, respectu peccantis præstaret totum mundum interire, quam Deum ab illo offendi: Hoc lumen Naturæ & Fidei docet. Non disputamus de necessitate & periculo; de qualitate mediorum in hoc Pacis Instrumento propositorum lis est, licitane sint, an illicita? illud opinantur Politici & Theologi hesterni ac hodierni; istud S. S. Patres, Summi Pontifices, & Doctores veteres verbis docuerunt, exemplis confirmarunt. Accedunt rationum firmamenta, quæ repetenda sunt ex JUDICIO THEOLOGICO.

**II.** Falsum est aut valde dubium, Catholicos reliqua tam iniquæ & probrosæ Pacis interventu conservaturos. *Primo*, enim provocabunt graviores Dei vindictam cooperando Hæresi, injuriis Creatoris, perditioni animarum, usurpando potestatem in competentem, violando jusjurandum,



1647. dum, &c. uti demonstrat Judicium Theol. Rat. 1. 2. 3. 4. 5. *Secundo*, valde imminuunt ipsi vires suas cessione tot Dominiorum Ecclesiasticorum, eorumque abdicatione in perpetuum, ut minus deinceps resistere possint Hæreticis, quos auxerunt de suo. *Tertio*, Monstrant iisdem modum reliqua occupandi, ut nimirum plura identidem rapiant, idque perseverent facere, donec Catholicis nihil superfit, ut supra dictum. *Quarto*, Autonomia, aliaque his Articulis comprehensa, viam sternunt latam seductioni Catholicorum, illorum præsertim, qui sunt infirmiores, aut vitæ laxioris. *Quinto*, Multo certius est, Deum Catholicis, si magna fiducia hostibus veræ Fidei se opponant, & vitia Militiæ, distortas intentiones, aliaque notoria corrigant, auxilio futurum. Multa Catholicorum millia superfunt in Germania, qui militabunt in tam justa & pia imo necessaria causa, parati potius omnes Belli calamitates, ipsamque mortem perferre, quam ut velint Pacem hanc confici.

III. Calumnia de immoderatis Postulatis, & belli authoribus, est Catholicis indigna. Neque Turcæ, neque Hæretici infelices Bellorum successus referunt in Sectam suam, aut ejus Mystas & Ministros; sed in peccata, aut quasvis alias causas. Si verum quærimus: Qui priores Catholicis Bona Ecclesiastica contra Pacem Religionis eripuerit, ii belli hujus sunt auctores. Non est author litis, qui sua repetit, sed qui aliena rapit; nec, qui injuriam patitur, sed qui infert. In veras infelicium successuum Causas digitem intendit Consilium Theol. Sect. 5. ad q. §. 4.

*EFFUGIUM TERTIUM.* Pax hæc non est prorsus perpetua, sed cum limitatione hic adjecta, *Donec per Dei gratiam de Religione ipsa concenerit; vel, ut habet Articulus IX. Donec Controversiæ Religionis amicabili Partium compositione universali desinuerit:* quibus similibusque verbis Perpetuitas hujus Pacis sæpius limitatur. Non est ergo certa & absoluta Perpetuitas, sed ambigua, & pendens ab eventu ambiguo finalis compositionis, & fortè spontaneæ conversionis.

*RESPONDETUR I.* Eandem, ut supra diximus, esse Perpetuitatem Pacis hujus novæ, quæ promissa olim fuit Protestantibus in Pace Religionis, ut in eadem habetur clausula: *usque ad finalem Religionis compositionem.* Sed mox additur: *Atque ita dicto jam modo, & alias undequaque constans, absoluta, sive inconditionata, & perpetua Pax constituta & decreta sit, ac maneat.* Quibus verbis, in eventum non succedentis Compositionis amicabilis, manifestè hæc, & quacunque alia conditione exclusa, *Pax absolute & inconditionate perpetua sancitur:* si enim ulla conditio insit; ergo falsum est, *dicto jam modo* (Compositionis amicabilis) & NB. *alias undequaque Pacem absolutam & inconditionatam* (quæ vox postrema directe omnem conditionem excludit) *constitutam & decretum esse.*

II. Hinc sequi, quod pendeat quidem Conditio amicabilis Compositionis, aut spontaneæ conversionis, ab incerto & ambiguo eventu; Pax autem & Transactio ipsa, cum Compositio amicabilis possit non sequi, seclusa hac & quavis alia conditione, non pendet ab ullo eventu, sed undequaque absolutam & inconditionatam libertatem Protestantibus, una cum Dominio Jurium & Bonorum Ecclesiasticorum, in omnem perpetuitatem sponder.

III. Unde ulterius infertur, excludi Circumstantias quoque excusantes, Majoris, inquam, Periculi aut mali: quibus positis, & non aliter, Hæresi



1647. Junius. permitti ac promitti Libertas potest: Cessante enim necessitate majore periculo, Jure Divino & Naturali tenentur Principes ac Magistratus Hæresin ac Hæreticos punire & coercere, perinde ut alia crimina, imo magis: uti probat Judicium Theol. Sect. 3. num. 4. & Sect. 4. Rat. I. §. 1. 1647. Junius.

IV. Quare certum est, ex mente Protestantium (qui Compositioni amicabili, & circumstantiarum mutabilitati jam olim diffisi, & Sectæ suæ in perpetuum absolutè cautum volentes, *Clausulam Pacis undequaque absolutam, inconditam & perpetuam* à Ferdinando I. extorserunt, hodieque confirmatam volunt) Conditiones omnes, adeoque etiam excusantes, non minus vigore novæ hujus, quam veteris Pacis Religionis excludi: alioqui enim Pax undequaque absoluta & inconditata, uti Protestantes desiderant, non foret.

V. Ex quibus denique conficitur, *Clausulam*; *Donec per Dei gratiam de Religione convenerit*, & similes esse frustratorias: tum quia non solum hoc modo sed etiam *alias undequaque Pax absoluta, inconditata & perpetua* constituitur: tum quia ejusmodi Compositionem esse desperatam hinc apparet, quod post Colloquium Anno 1546. Wormatiæ celebratum (id est à Centum Annis & ultra) nihil amplius hac in re publicè tentatum est: tum denique quia in his Articulis de mediis Compositionis ejusmodi nihil statuitur vel promittitur, quod vel maxime fieret, si ea Clausula seria foret.

VI. Sed quæro qua ratione intelligenda sit hæc Clausula: *Donec de Religione convenerit, &c.* An ita, ut ex Catholica, Lutherana & Calvinistica una tandem constetur? Atqui hoc modo impossibilis est conditio: nec enim Catholici vel unicum ejurare possunt Fidei Articulum, quin mox fiant Hæretici: nec hi in gremium Ecclesiæ Catholicæ recipi poterunt, nisi omnes circa Fidem errores & singulos abjurarint. An hoc modo, donec una tantum Religio in Imperio supersit? Verum hac ratione est Conditio planè inutilis: Nam si vel sola Catholica, vel sola Lutherana, aut alia sola Religio vi-geat in Imperio, tunc ex ipsis istius Religionis principiis satis superque inferri poterit, qui cum Bonis Ecclesiasticis agi imposterum debeat, nec super iisdem porro erit controversia.

Quibus ita constitutis, instauramus invictum Argumentum adversus Pacis propositæ *undequaque absolutam & inconditam Perpetuitatem*, quod suggerit Judicium Theologicum locis citatis.

Pax, quæ Hæreticis undequaque absolutam, inconditam & perpetuam (adeoque etiam exclusis circumstantiis excusantibus) spondet Religionis libertatem, una cum Dominio Jurium & Bonorum Ecclesiasticorum, repugnat Juri Divino & Naturali. Pax, quæ Proiecto Instrumenti à Plenipotentiaris Cæsareis Mensè Junio Anno 1647. exhibito continetur, Hæreticis undequaque absolutam, inconditam & perpetuam (adeoque etiam exclusis circumstantiis excusantibus) spondet Religionis libertatem, una cum Dominio Jurium & Bonorum Ecclesiasticorum, Repugnat ergò Juri Divino & Naturali.

Major evidens est, ubi enim nullæ sunt circumstantiæ excusantes, sceleribus libertas permitti aut promitti sine scelere non potest. Quod Lege Divina & Naturali fixum esse nemo rectæ rationis & fidei compos negat, Minor itidem evidens est ex verbis Pacis Religionis hic confirmatæ, & mente Protestantium, ut ostensum est. Sequitur igitur in bona forma Conclusio irrefragabilis.

Hunc Nodum plus quam Gordium, si Theologi ac Politici aliter sentien-



1647. *Junius.* sentientes, non per Pythagoricum *αυτός εἶσα* ruperint, nec ense Alexandri *1647.*  
Magni eluserint, sed legitimè dissolverint. Pacificæ Perpetuitati omnes bo- *Junius.*  
ni annuent & gratulabundi applaudent. Qui interim (dum id fiet) credent,  
nullius necessitatis obtentu violari posse Jus Divinum & Naturale, cui Pacis  
hujus perpetuitatem adversari, eaque plerosque Articulos (quantumvis alias  
ad tempus excusabiles) veluti malitiâ quadam transcendentali infici, ex dictis  
manifestum est.

Eodem ARTIC. III. §. Si igitur Catholicus, aut Augustanæ Confessionis  
Archi-Episcopus, Episcopus, Prælatus &c. aut etiam alii Religiosi Religionem mu-  
tarint, excidant statim suo jure: honore tamen famaue illibatis: & alia persona  
ejus Religionis, ad quam Beneficium istud vigore hujus Transactionis pertinet, eli-  
gatur, &c. Nunc denique in Reservatum Ecclesiasticorum, tot machinis  
à tempore Pacis Religionis pertinacissimè oppugnatum, Protestantes luben-  
tes meritò consentiunt; quia magno cum lucro illud etiam ex sua parte sta-  
biliunt: Imposterum enim, si quis Protestantium in Archi-Episcopum, Epi-  
scopum, Prælatum &c. (eorum Episcopatum & Prælaturarum &c. quæ  
nunc perpetuo jure illis transcribuntur) electus, volet tranfire ad Catholi-  
cos, poterit id quidem salvo honore: sed perinde, uti apud Catholicos, Epi-  
scopatu, Prælatura, Beneficio cedere debet, nec fas erit Ditionem ad Ec-  
clesiam Orthodoxam reducere. Quod antehac non statutum, nunc in gra-  
vamen Catholicæ Religionis (ut intra arctos limites se continere cogatur)  
introducitur. Æqualitas verò, quæ hic inter utramque Religionem statui  
viderur, est summa inæqualitas, postquam perpetua tot Episcopatum ac  
Prælaturarum, &c. abdicacione, Confessio Augustana in duabus tertiis Ro-  
mani Imperii stabilitur, uti supra notatum, & in similibus præ oculis sem-  
per habendum est.

Adverte hic etiam expresse Religiosis (quorum in Pace Religionis an-  
tiquâ nulla mentio est) Religionem mutandi, id est, Apostasiæ liberam po-  
testatem fieri, idque honore & famâ illibatis: quæ magna est seductionis ille-  
cebra, & in perditionem animarum vergit manifestè, vide Judicium Theo-  
logicum Sect. 4. Rat. 1. §. 2. num. 2. & Rat. 3. num. 4.

Ibidem. Si verò Status, seu Catholici, seu Augustanæ Confessionis &c. à Die  
1. Januarii 1624. quocunque modo Episcopatibus, Prælaturis &c. exciderint, omni-  
bus novationibus abolitis restituantur, &c. Rursus credes hic induci æqualita-  
tem: sed cum eo Die & Anno Protestantes etiamnum pleraque, Catholici  
contra paucula possederint, adverte inæqualitatis iniquitatem supra obser-  
vatam.

Deinde vigore hujus Articuli, expellendi erunt, autoritate Cæsaris,  
Catholici possessores ab eo tempore legitimè restituti, qui, cum ratione of-  
ficii & obligationis possessionem ultrò & spontè non possint deferere, vi co-  
gendi erunt: Quod fieri non poterit sine actione criminosa & sacrilega, uti  
ostendit Judicium Theol. Sect. 4. Rat. 1. §. 1. sub finem, & Rat. 3. ibidem sub  
finem. Ubi advertit, ante Pacem Pragensem inauditum fuisse in Imperio, ut Ca-  
tholici legitimè restituti, denuò possessione & jure suo spoliarentur; quod novæ Pa-  
cis vigore nunc fiet in perpetuum, absque spe spoliæ recuperandi, quam Pax  
Pragensis ad certos duntaxat Annos suspenderat.

ARTIC. IV. V. VI. VII. VIII. Quæ hic universim de Archi-Epi-  
scopatibus, Episcopatibus, Prælaturis aliisque Bonis Ecclesiasticis, sive Im-  
mediatis sive Mediatibus, in perpetuum Confessioni Augustanæ transcriptis,  
vel



1647.  
Junius.

vel de iis, ubi Catholici Protestantibus sunt permixti, decernuntur; omnia defectu potestatis (quæ in talia nec Cæsari nec Statibus competit) laborant; uti ostendit Consilium Theol. Rat. 4. Ac præterea specie cujusdam æquitalis & æqualitatis fallunt, suppositâ inæqualitate per abdicationem tot Ditionum Ecclesiasticarum inter Catholicos & Protestantes introductâ; quod iterum iterumque præ oculis habendum est.

1647.  
Junius.

Circumscribitur Imperatori Jus Primariarum Precum; Pontifici Jus Annatarum, Pallii, Confirmationis, Mensium Papalium, & Collationis Dignitatum principalium in nonnullis Ecclesiis, ab iis, quibus nulla super his est potestas: Augustanæ Confessioni additis Titulus Ecclesiasticus tribuitur absque confirmatione, aut Pallio Papæ; evocantur ad Comitium; permittuntur iis Sessiones & Vota: Approbatur mixtura Beneficiatorum diversæ Religionis; Catholicis Canonicis Exercitium suæ Religionis impeditur; iidem contra conscientiam eligere adversariæ Religionis Affectum Prælatum jubentur: Pro eversa Germania Suecis, aliisque A Catholicis Beneficia Ecclesiastica in recompensam penduntur; & alia denique his Articulis statuuntur tam paradoxa, ut vel ex his solis de impietate & iniquitate Pacis hujus formari iudicium luculenter possit.

Item Articulo VIII. *Bona Ecclesiastica, quæ in Satisfactionem Sueciæ, & recompensationem Fœderatorum cedunt, ex præcedentibus aut sequentibus Præjudicium nullum sentiant, &c.* Nihil ergo ejusmodi Bonis Ecclesiasticis patrocinari potest *Compositio amicabilem Controversiarum Religionis*, si aliquando ea inter alios Status Imperii successum haberet; nihil Regula de 1. Jan. 1624. et si enim Catholici aliqua Dominia Ecclesiastica Regno Sueciæ assignata eo tempore possederint, cogentur tamen illis cedere, ne præjudicium aliquod ex hac Transactione id Regnum sentiat.

ARTICULUS IX. Totus hic Articulo æquè est iniquus ac præcedentes; nec est in potestate Pacificentium, ea, quæ Deo dicata sunt, ad usus profanos transferre, ut constat ex Judicio Theologico locis allegatis. Ad iniquitatem præcedentium Articulorum accedit, quod eliminandi Ecclesiastici omnia Documenta sua restituere cogantur, ut in æternum deinde Ecclesiarum jura demonstrare haud possint. Similiter, quod Hæreticis stabiliantur Jura Præsentandi, Confirmandi, Visitandi, Inspectionis, Corrigendi, ex jure devoluto procedendi, &c. in Monasteriis Catholicorum.

Ibidem §. *Quod ad Oppignorationes attinet, &c. ille Civitati Lindavo, nec non Weissenburgo in Noricis, redditâ sorte oppignorationis, illico & plenariè restituantur, &c.* Oppignorationem Advocatiæ Abbatissæ & Ecclesiæ Nobilium Canonissarum Lindavii, à Cæsare Sigismundo Lindavienfes sub- & obreptitiè olim obtinuerunt: adeoque cum nullitatis vitio laboret (ut in Manifesto nuper edito ex parte Illustrissimæ Domine Abbatissæ inter alia demonstratur) non illico ea restitui debet Lindaviensibus; sed illi potius, causâ cognitâ, repellendi sunt. Neque enim Capitulatio Cæsarea patrocinatur illis oppignorationibus, quæ sub- & obreptitiæ, ipsoque jure nullæ sunt: suffragante præsertim Articulo XV. infra; ubi Augustanæ Confessionis Statibus solum addicuntur *Jura Advocatiæ & similia, &c. quæ legitimo usu aut consuetudine habuerunt in Bonis Ecclesiasticorum.*

Ibidem: *Domino directo in mutuis Statuum oppignorationibus liberum quidem est in Terras oppignoratas, ad se reversas, Religionis suæ Exercitium publicum introducere; subditi tamen, quam sub priore Possessore amplexi fuerant Religio-*  
nem



1647. *nem ejusque Exercitium deferere non cogantur, &c.* Derogatur hic Regula Territoriali in gravamen Religionis Catholicae; cui quia Terras oppignoras sub directis Dominis fuisse addictas, & rursus, si ad eos revertantur, esse addicendas adverterunt Protestantes; ideo suae Religionis, quam in ejusmodi Terras nullo jure introduxerunt, conservationi voluerunt consultum.

ARTICULUS X. & XI. *Regula Territoriali, in concernentibus Religionem, pari jure cum Principibus & Comitibus gaudeant Nobiles Liberi & Immediati, nec non Urbes Liberae Imperii, &c.* Hoc, in Pace Religionis olim nequam expressum: statuitur itidem in praedictum Religionis Catholicae, quam in Dominis & Territoriis suis penitus extinguendi, Nobilitas Libera & Urbes Imperii, potestatem hic confirmatam posthac multo usurpabunt speciosius & immoderatus; cum praesertim decernatur, ut, ubi 1. Januar. 1624. praeter Augustanae Confessionis Exercitium nullum aliud a Magistratu & Civibus introductum fuit, dictae Civitates Jus Reformandi integrum habeant; non attento, quod aliqui Crues Catholici ibi commorentur, vel in aliquibus Ecclesiis Collegiatis, aut Monasteriis (deinceps in statu 1. Januar. 1624. una cum praedictis Civibus relinquendis) Exercitium Catholicae Religionis ibidem vigeat. Etsi enim aliquatenus videatur cautum Catholicae Religionis; eripitur tamen eidem, & Catholicis Civibus (qui hucusque tolerati non fuissent, nisi tempore Pacis Religionis in ejusmodi Civitatibus viguisset utraque Religio). Jus Catholicum Exercitium, juxta Pacem Religionis veterem, reducendi in eundem statum, in quo erat, cum ea Pax conderetur. Ubi adverte, potentiam Protestantium, non solum tot Episcopatum, Praelaturarum, &c. & Ditionum eo spectantium, verum etiam plurimarum Urbium (quae, juxta dictam Religionis Pacem, ex aequo Catholici Juris esse deberent) integram accessione, supra aequalitatis proportionem nimium quantum exerescere, & in perpetuum nunc confirmari; cum Catholicis vix duae tresve Civitates Imperiales ex integro, pauculae ex aliqua parte remaneant; uti supra quoque observatum & identidem recolendum est.

ARTICULUS XII. *Nulli Statui Immediato Jus, quod ipsi ratione Territorii & Superioritatis in negotio Religionis (juxta communem per totum Imperium haecenus usitatam Praxim) competit, impediri oportet, &c.* Haec Regula (quam iniquam & illicitam esse patet ex Judicio Theol. Sect. 4. Rat. I. §. 2. num. 2. & Rat. 3. ferè per totum) non ipsa Religionis Pace, sed usurpata Praxi nitens, speciose & amplissime hic confirmatur in favorem Protestantium: In gravamen autem Catholicorum paulo ante Art. IX. ipsi derogatum fuit, & mox amplius derogabitur, ut pateat exactam aequalitatem serio ante promissam non fuisse.

§. *Hoc tamen non obstante, Statuum Catholicorum Vasalli & subditi, qui Anno 1624. quacunque Anni parte, quocunque modo Exercitium Confessionis Augustanae habuerunt, retineant id imposteriorum cum omnibus annexis & possessis; & quocunque modo destituti plenarie restituantur. Idem observetur ratione Catholicorum subditorum in Ditionibus Protestantium: annihilatis omnibus contrariis, etiam Transactione Hildesensi Anno 1643.* Derogatur hic Regulae Territoriali proxime confirmatae (ut appareat cum Catholicis non transigi, sed ludi) in grave praedictum Religionis Catholicae & Catholicorum Statuum, qui perpetuo tolerare cogentur ejusmodi subditos A Catholicos. Praeterea derogatur denuo Regulae Terminali, de 1. Januar. 1624. dum concessio haec facta subditis A Catholicis (quae Calendis ejusdem Anni contineri deberet) extenditur ad quaecunque Anni partem, qua suae Religionis Exercitium habuere, etsi ipsis Calendis non habuerint. Quales subditi A Catholicos cum sint plurimi in Suevia, Franconia; Ditione Fuldensi, Corveiensis, & Eichsfeldensi; Episcopatu Hildesensi, &c. Catholici autem tales in Ditionibus

Dierdter Theil.

Gggg

bus



1647.  
Junius.

bus Protestantium propè nulli; apertum est gravari denuo Catholicos, & non nisi illusoriam æqualitatem cæcipientium oculis objici. Denique derogatur quibusvis contrariis Transactionibus, etiam recentissimis, & nominatim Hildesienfi de Anno 1643. inter Episcopum & Duces Brunsvicenses ac Lunæburgenses; ut Catholicici intelligant, hac Pace stante, Protestantibus liberum esse ac fore, non minus nova, quam vetera Pacta & Conventa rescindere; five, quod idem est, fidem nullam servare.

1647.  
Junius.

§. Illi vero Catholicorum subditi Confessionis Augustanæ, aut huic addictorum Statuum Catholici, qui Anno 1624. nulla ejus parte, Exercitium suæ Religionis habuerunt; tempore tamen publicatæ præsentis Pacificationis in horum aut illorum Statuum Immediatorum Ditionibus habitare deprehenduntur, aut Belli causa alio commigrarunt, tolerentur; neque cogantur emigrare, si autem sponte velint, non impediuntur, &c. Consideranti patebit ejusmodi subditos A catholicos plurimos esse in Terris Catholicorum, pauculos autem Catholicos in Ditionibus Protestantium. Cedit ergo hoc quoque in favorem ipsorum, dum in gravamen Catholicorum rursus receditur à Regula Terminali, & illi quoque, qui non solum Calendis Januarii, sed toto Anno 1624. Exercitium Religionis suæ habuere nullum, tolerari jubentur.

§. Illi denique Statuum Immediatorum subditi, qui post Pacem hanc publicatam, deinceps futuro tempore, diversam à suo Superiore Religionem amplectentur: jussu quidem Magistratus, præfixo decennali termino, & si commode illum observare non possint, aut negligant, in quinquennium prorogato, tum demum emigrare teneantur; non magis tamen gravandi, quam si sponte emigrassent, &c. Huc denique res erumpit, in universalem scilicet & exitialem Religioni Catholicæ, Autonomiam sive libertatem. Cui ne putes terminum decem aut quindecim Annorum præfigi: perpetua libertas conceditur pereundi. Et in perpetuum quibusvis Apostatis decem imo quindecim Anni conceduntur, quibus tolerari debeant inter Catholicos, cum præsentis contagionis & turbarum periculo, iisque Annis finitis impune dimitti: Aut postquam per Annum unum alterumve Catholicam Religionem simulaverint, denuo per Annos quindecim Lutheranam amplecti licenter possint, ac tolerari debeant. Qualem libertatem repugnare Juri Divino & Naturali demonstrat Judic. Theol. Sect. 4. Rat. 2. num. 2. & Rat. 3. num. 1. & 2. Imo, nemine loquente, recta ratio & bona conscientia clamat, Ubi pondera, quod Judicium Theologicum sequi notat: Catholicam Religionem non esse amplius in Imperio præceptam, sed duntaxat tolerari; & quidem minus quam Confessionem Augustanam, cui tot ac tanta Ecclesiæ Catholicæ spolia in perpetuum traduntur & confirmantur. Quibus insecatæ inferiores & laxiores animæ, tanto facilius facultatem impune apostatandi arripient, quanto vigore hujus Transactionis Catholicos Protestantibus posthaberi advertunt. Neque id compensatur libertate simili Subditis Protestantium concessa, qui videntur vicissim alluci, ut transeant ad Catholicos: Nam præterquam quod non sunt faciendæ mala ut eveniant bona; multo proclivior, & sine comparatione faciliior & frequentior est seductio, quam conversio. Id persuadent initia harum hæresum, & pertinacia, quæ Posteris in iis perseverant. Ipsa denique novi Evangelii conditio, quæ blanda libertate ac facilitate allucit; cum è contra Religio Catholica austeritatem & difficultatem præ se ferat.

ARTICULUS XIII. Silesii etiam Principes, &c. & Civitas Vratislaviensis, juxta gratiam Anno 1635. ipsis factam, &c. in Libero Augustanæ Confessionis Exercitio manutenebuntur, &c. Cur non & hæc gratia sit Episcopis & Prælati,



1647. Prælati, imo cur non hæc iustitia conceditur, ut in Bonis post Annum 1647.  
 Junius, 1624. legitime recuperatis manuteneantur.

Junius.

§. Quod verò ad Comites, Barones, Nobiles Confessionis Augustane in aliis Silesiæ Ducatibus, & Austria Inferiori de presenti degentes attinet, in gratiam intercedentium migrare non cogentur, &c. Pacificitur ergo Cæsar absolute & inconditionate in perpetuum (adeoque in illum etiam casum, quo Hæresin coercere posset; & quia posset, deberet) tolerare A catholicis in Silesia, & Inferiori Austria: utinam non cum perpetuo Religionis dispendio & salutis periculo! Intercessio autem hæc non videtur esse rogantium, sed intercedentium more Tribunorum Plebis apud Romanos. Omnia Protestantes impetrant, quia reperiunt paratos ad concedenda quæ perunt; imò offerentes, quæ nec petere, nec sperare ausi forent, ut ipsi farentur.

ARTICULUS XIV. & XV. *Jus Reformandi non pendet à qualitate Feudali nec mero Imperio, &c. Redditur & Censui Ecclesiastici persolvantur juxta Pacem Religionis, prout possidebantur 1. Januar. 1624.* Est hæc videantur aliqua ratione niti, nullo tamen jure statuuntur; quia in Ecclesiam ejusque jura nullum Jus est Cæsari & Statibus. Jus quidem conservandi subditos in Religione Catholica, & ad eam reducendi eos, qui defecerunt, competit Principibus & Magistratibus ratione officii sui: Jus vero introducendi Hæresin, nulli juri annexum, & iniquum est, ut paulo ante diximus.

ARTICULUS XVI. *Jus Diocesanicum, & tota Jurisdictio Ecclesiastica, contra Augustanæ Confessionis Status eorumque subditos, &c. penitus sublata esto, &c.* Pax Religionis Jurisdictionem Ecclesiasticam antehac suspendit, verbo saltem verecundiori usa; Pax nova clarius loquitur, eamque penitus tollit: quod re ipsa prior quoque Pax fecit ob Pacti perpetuitatem, ut advertit Judicium Theol. Sect. 4. Rat. 4. demonstrans, id esse extra limites potestatis Imperialis & Politicæ, hoc evidenti Argumento: Nemo potest suspendere, vel tollere Jurisdictionem Ecclesiasticam (non enim ipsos, sed Episcopus Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit suo sanguine, Actor. XX. v. 28.) Non ergo possunt illam tollere vel suspendere. Expendant Catholici, an huic Argumento solide satisfieri possit, cum præsertim Pontifices hodiè que constanter reclamant & negent, Cæsarem aliosque Status aut Episcopos ullam potestatem habere de Ecclesiæ Bonis ac juri- bus paciscendi cum Hæreticis. Vide Judicium Theol. Sect. 4. Rat. 8. §. 2. ibi: **VRBANVS VIII.**

ARTICULUS XVII. *Vtriusque Religionis Magistratus severe & rigorose prohibeant, ne quis publicè privatimve concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo, Transactionem Passaviensem, Pacem Religionis, vel hanc imprimis, sive declarationem, sive Transactionem impugnet, dubiam faciat, vel contrarias assertiones inde deducat, &c.* Theologis & Ministris Evangelicis hæc Lex poni potest, qui potestati Seculari se fatentur subjectos: Religio Catholica neque Ecclesiasticorum jura, neque Theologorum doctrinam, Principum & Magistratuum Secularium arbitrio subesse patitur: ut mirum sit, Plenipotentiariis Catholicis talia excidisse. Theologia Catholica regulis fidei, & principiis revelatis, ac Jure Divino nititur: adeoque à Politicorum placitis silentium ipsi imponi nec potest, nec debet. Si vero id porro attentent; respondebunt Theologi

Vierdter Theil.

333 2

Ortho-



1647. Orthodoxi cum Apostolis, Actor. V. v. 28. *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Si ulterius denunciant, quod Judæorum Principes A-  
 Junius. postolis cæsis denunciarent, *ne omnino loquantur in nomine JESV*, de legitima & illegitima Pace, *ibunt*, cum iisdem Apostolis, *gaudentes à conspectu Concilii; quoniam digni habiti sunt pro nomine JESV contumeliam pati.* Ibidem v. 40. & 41.

ARTIC. XVIII. XIX. XX. *De pari numero Personarum utriusque Religionis in Convocatis Deputatorum, Commissariorum, Assessorum Camere Imperialis, & similibus, &c.* Multa his Articulis statuuntur juxta Regulas Politicas non inconvenienter. *Justitia in integrum restitutio summè necessaria est, quæ jam diu desperata jacuit, non sine probro apud exterarum Nationes. Quæ verò hic statuuntur in Ordine ad Confessionem Augustanam perpetuandam, tum & Assessores æquali numero admittendos in Judiciis, ex quo perpetuari lites possunt, probanda non sunt. Non repetimus hucusque demonstrata.*

NB. Hic, uti apparet, finitur Articulus principalis de Gravaminibus inter Catholicos & Protestantes Confessionis Augustanæ, in alios viginti, quos percurramus, subdivisus: Etsi quædam alia immisceantur, & sequentes quoque Articuli ingens Religionis Catholicæ præjudicium, ac multiplex gravamen contineant; ut Articulus proximus statim patefaciet.

#### ARTICULUS VI.

*Principes & Status Religionis Reformatæ, id est, Calvinianæ, eorumque Ditiones & subditi recipiuntur in Pacem Religionis, cum aliquot tamen Limitationibus.* Receditur hic ab altero præcipuo Pacis Religionis Articulo; fuit enim initio hæc solum conclusa inter Catholicos, & Confessionem Augustanæ adhaerentes, *exclusis omnibus aliis Sectis*, ut tantò facilius esset Controversiarum Fidei compositio; quæ accessu Calvinismi, ob majorem ejus Sectæ in Catholicos acerbiteriam, & dogmatum quorundam atrocitatem, multò posthac erit impedior. Regula Judiciæ Theol. 15. Sect. 6. est: *Non licere Pacem Religionis extendere ad Calvinismum: cum enim sit Hæresis specie diversa, multoque deterior Lutheranismò, nova graviorque injuria inferretur Creatori & veræ Religioni, eaque in majus periculum conjiceretur.* Quod multò verius & urgentius est, si confideremus absolutam & inconditionatam Pacis hujus perpetuitatem.

Huc facit quod Doctor *Matthias Høe*, à Serenissimo Electore Saxonie jussus sententiam dicere super quaestione: *Utrum Lutheranis opulari possent, ut Calvinistica, non minus quam Augustana Confessio, tolerari in Imperio, & publica securitate frui possent?* Respondit, Anno 1634. 28. Martij, *Oportet ut respondeat, NON, quisquis Christianum pectus habet & conscientiam: quam enim clarus Sol est in Cælo, tam clarum est, Doctrinam Calvinisticam blasphemis in Deum, & horrendis erroribus esse referentissimam; Verboque Divino per Scripturam revelato, tam in fundamentalibus, quam aliis Articulis diametraliter oppositam.* Quis ergo juvare tutâ conscientiam poterit, ut isti Doctrinæ, non jam una, sed centenarum amplius, imò millenarum, & millies millenarum animarum adjiciantur? Facit etiam, quod in Actis Publicis legitur, Regem Sueciæ Gustavum Adolphum, à Wilhelmo Landgravio Hassiæ rogatum, ut in Civitate Francofurtensi Calvinisticis ædificari Templum permetteret, respondisse: *Potius se passurum, ut omnium suorum Militum enses & hastæ cordi suo infingerentur, quam causaturum esse, ut victricibus suis*



1647. Junius. suis armis Religioni Calvinianæ vel minimum accresceret, &c. Mirum hic 1647. Junius. est, modernos Lutheranos ab hac mente & sensu tam esse alienos: magis vero mirum, Catholicos quosdam Lutheranis in hoc passu tepidiores esse, ut Calvinistis non minus, quam Lutheranis, tutam in Imperio libertatem addicere conentur.

Ibidem §. Quia verò, &c. Principi Anhaltino liberum sit Jure Territorii introducere Confessionem Augustanæ: siquæ præterea Comites, vel alii, quibus Jus Reformandi competit, Terras legitime acquisierunt, & jam dudum possident, sed in Religionis Exercitio nihil (cum tamen potuissent) mutarunt; ipsis potestas mutandi per hanc Conventionem adempta non sit. Regulam Juris Territorialis reprobabat ille, qui dicit: *Ecce omnes anime mee sunt.* Ezech. XVIII. v. 4. Vide Judicium Theol. Sect. 4. Rat. 3. & sæpius in decursu dicta. Generalis concessio, quæ, post Principem Anhaltinum, fit Comitibus, & aliis, quibus Jus Reformandi ex usurpata Regula Territoriali competit, suspecta est, ne in periculum conjiciat Monasteria & Bona Ecclesiastica Mediata, quæ 1. Jan. 1624. Catholici realiter possederunt: de quibus statuitur supra Artic. IX. de Gravaminibus, ut Catholicis relinquuntur, ut ut in Augustanæ Confessionis Statutum Territoriis & Ditionibus sita sint. Hæc enim earum Ditionum Domini, vigore hujus posterioris Articuli invadent, causantes: Potestatem Religionem mutandi in suo Territorio ipsis hac Conventione ademptam non esse: ac proinde Monasteria & Bona Ecclesiastica Mediata sui nunc juris esse, etiam quoad Reformationem, juxta Praxin Protestantium notoriam. Ubi advertant Catholici, quæ uno Articulo speciose sibi putant relinqui, altero posteriori rursus adimi, seque longo naso duci. Quæ ipsa causa est, cur Artic. XI. de Gravaminibus, tam sollicitè caveatur, ne Theologi contrarias assertiones ex hac Pace deducant.

## ARTICULUS VII. &amp; VIII.

De Jure Statuum Imperii, Civitatis Liberis, Debitis, Commerciis, aliisque, &c. Hæc Politicis relinquimus; qui viderint, an Potestas Imperialis non nimium circumscribatur, & redigatur in ordinem antehac in usum: Status vero Imperii, & nominatim Civitatibus Liberis, non plus tribuatur, quam satis est.

## ARTICULUS IX. X. XI. XII. XIII. XIV.

De Ditionibus tam Ecclesiasticis, tum Secularibus, aliisque Regno Sueciæ & Federatis in Satisfactionem ac compensationem pleno Jure in perpetuum & Immediatum Feudum concessis, &c. Non mittimus falcem in messem Politicam; viderint enim Politici, an Transactio tot Ditionum in Coronam exteram vicinam, & successibus præfidentem; Unumque præterea & alterum Principem Imperii, ipsi Imperio, & Dignitati Imperiali plus commodi & securitatis, quam incommodi & periculi sit allatura, Religioni Catholicæ parum id prodest: hujus damno & decremento, ultimique excidii periculo illacrymamur. Non exaggeramus nec molestè repetimus Principia Judicii Theolog. solum id rogamus, ut poderentur; præcipue Sect. 4. Rat. 1. De cooperatione directâ & indirectâ, cum Hæresi, ob Pacis perpetuitatem absolutam & inconditatem, quâ Sueciæ, & Brandenburgico consignantur tot Episcopatus. Præcipua item Ratio est, & in hoc Articulo vel maxime valet, quæ petitur ex usurpatione potestatis incompetenti: Cujus specimen, hæctenus



606 Westphälischer Friedens-Handlung 1647  
 1647. in Ecclesia Dei inauditum, est extinctio & suppressio plurimum Episcopatu- 1647.  
 Junius. tuum, & Ecclesiarum Cathedralium, earumque transmutatio in Principa- Junius.  
 tus & Ducatus Seculares, nullâ petita, nec obtenta Summi Pontificis licen-  
 tia. Cæsar & Episcopi præsertim, relegant Juramenta Sedi Apostolicæ &  
 Ecclesiæ Dei præstita, de juribus utriusque conservandis: & ita studeant  
 esse pacifici, ne fiant sacrilegi.

## ARTICULUS XV.

*De Transactionis hujus, & Pacis, intra tres Menses Confirmatione, Exe-  
 cutione, & Restituendorum restitutione, &c.*

Ibidem §. *Contra hanc Transactionem, ullumve ejus Articulum & Clausulam,  
 nulla jura Canonica & Civilia, communia & specialia Privilegia, Mandata, Li-  
 tispotentia, Res judicata, &c. Protestationes, Investitura, Transactiones, Edictum  
 Anni 1629. Pax Pragensis, Concordata cum Pontificibus, aut Interimistica Anni 1528.  
 nec ullæ aliæ, quocumque nomine & prætextu, Exceptiones unquam allegentur, au-  
 diantur aut admittantur, &c.* Cum nihil juris seu potestatis Cæsar & Status  
 habeant in Jura Canonica & Ecclesiastica, item Concordata cum Pontifici-  
 bus (quæ non à Germanis, in quorum gratiam à Pontifice inita sunt; sed ab  
 ejusdem Pontificis voluntate & autoritate dependent) evidens est, hanc  
 Clausulam: *Ne ullæ Exceptiones contra hanc Pacem unquam allegentur, audian-  
 tur, admittantur,* prorsus inanem esse & nihili; Imo Divino Juri & Naturali  
 adversam: ut jam supra diximus in simili, Artic. 1. de Gravaminibus. Di-  
 vino Juri repugnat, quod Cæsar & Status usurpant potestatem in Jura ac  
 Bona Ecclesiæ Dei, quam non ipsis, sed Episcopis regendam commisit. Vel  
 nihil de his transigant; vel non sine autoritate, voluntate, & ratihabitio-  
 ne eorum, Summi videlicet Pontificis & Episcoporum, quatenus sunt Pa-  
 stores Fidelium, non quatenus Principes Politici & Status Imperii: sic  
 enim nihil potestatis Ecclesiasticæ obrinent, nec plus juris habent in Spiri-  
 tualibus, quam ipsi Principes & Status Laici. Vide Judicium Theol. Sect.  
 4. Rat. 4.

*Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Rom. XIII. v. 1.* Cum ergo usurpata hæc po-  
 testas (suspendendi, tollendi, extinguendi, auferendi Jura & Bona Ecclesiasti-  
 ca: & Religioni Orthodoxæ alias Sectas, in omnimodam absolutam & in-  
 conditionatam Perpetuitatem, æquandi, si non præferendi) Jura Politica &  
 Temporalia (contra, quam Fides Catholica docet) cum Spiritualibus & Ec-  
 clesiasticis condant; Imo ista partim evertat, partim Politicis & Temporalibus  
 (id est Superioribus Inferioribus, & Divina Humanis) subjiciat: Non po-  
 test tam inordinatæ Potestatis usurpatio à Deo esse, nec à recta ratione, cui  
 repugnat exercere potestatem, quam quis non accepit, & transigere in præ-  
 judicium suorum Superiorum, aliorumque, in quos juris nihil habet: iis-  
 dem in præsertim inconsultis & invitis.

Quare his stantibus, amplianda & sic summanda erit Clausula hæc de-  
 rogatoria, sive inhibitoria: *Contra hanc Transactionem, ullumve ejus Articulum  
 & Clausulam, nulla Jura Divina, Naturalia, Civilia &c. unquam allegentur, au-  
 diantur aut admittantur &c.* Subscribat, qui sibi persuadet Jus Divinum &  
 Naturale absque periculo damnationis æternæ posse violari.

Ibidem §. *Omnes hujus Transactionis consortes teneantur universas & sin-  
 gulas hujus Pacis Leges, contra quemcunque tueri & protegere &c.* Cæsar ita-  
 que



1647. que Catholicus, & Principes ac Status Catholici, tum Politici; si Episcopi & Prælati &c. Ecclesias & Ditiones, legitime recuperatas sponte nolint defendere; armis illos expellent, & contra eosdem auxilium ferent Hæreticis. Quam actionem à crimine & sacrilegio si in tremendo Judicio non poterunt excusare, sibi impudent, illisque qui alia persuaserunt, vel timore tacuerunt quæ monere debuerunt.

Atqui ajunt, *Cæsarem non teneri, nec velle arma diutius circumferre: si Catholici Status & Ecclesiastici nolint in hanc Transactionem consentire, in illos Belli molem posthac incubituram.* Atqui Cæsar & Reges Advocati & Defensores sunt Ecclesiarum & Ecclesiasticorum, ex Officio & Juramento; cui quidem, an hac ratione satisfaciant, viderint ipsi. Id fixum esto, si cuiquam alteri, sibi maxime dictum existimare debere Principes: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, sed potius timete eum, qui potest & corpus & animam perdere. Hunc qui timet, mortalium timet neminem: nam & defensum iri se illius protectione non dubitat, si sic illi visum fuerit expedire; hac si forte minus defendatur, ut effugiat supplicia majora, non gravatim perferet minora.* Quibus verbis Cardinalis Hosius excusationem Ferdinandi, ex prætenfa necessitate condendæ Pacis Religionis petitam refutavit.

Atqui vero *Cæsaris aliorumque Principum Theologi, Rerum Germanicarum, publicæque Imperii necessitatis intelligentiores, conscientia sue & alienæ nationem & ipsi habent; hanc tamen Pacem licitam justamque censent: Certum vero est, quemvis tuto sequi posse sententiam virorum doctorum, præsertim plurium, etiam novam, neque Libris editis adhuc vulgatam.*

RESPONDEMUS I. Frustra allegari Theologos Rerum Imperii & Necessitatis publicæ peritiores: Nam, præterquam quod Judicium Theologicum ex non vulgari Imperii notitia & experientia, Actisque Publicis, & Principum Archivis haustum est; eadem sunt Principia & Præcepta Juris Divini & Naturalis, intra & extra Imperium; neque minus obligant in Germania, quam alibi: neque Necessitatis prætextus permittit Cæsari & Statibus Catholicis Imperii, ut illicita, quæque sui juris non sunt, Hæreticis concedant.

II. Tuto equidem sequi licet sententiam Doctorum, etiam novam, in iis, quæ Principiis in Ecclesia Dei receptis, Sanctisque Patribus, & Summorum maxime Pontificum sententiæ ac voluntati non adverfantur: Adversus vero ejusmodi Principia tam fundata, tantis suffragiis & exemplis, Pontificumque recentibus Responsis firmata, in simili vel eodem necessitatis casu contrarium docere, suadere, consulere; neque docenti aut suadenti, neque obloquenti tutum est. Debet intra hos fines coerceri Theologia Quodlibetica, nimium quantum hodie invalescens, non sine conscientiarum & ipsius denique Religionis Catholicæ periculo. Certè conscientia S. Cypriani & Collegarum (quod exemplum commemorat Judicium Theol. Sect. 5. ad 10. Resp. 2.) sentientium, *Baptizatos ab Hæreticis rebaptizandos*, adversus auctoritatem Pontificis Stephani, & veteris Ecclesiæ morem ac sensum, non minus timorata tutaque videbatur, quam Theologorum ejusmodi: Neque tamen excusavit illos, eorumque sequaces ab errore; etsi demum fuisset bonæ fidei. Quam utinam novi hi Theologi olim in hac causa possint probare illi, cui sine vera bona Fide impossibile est placere.

## §. IV.